Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



appellaretur. Supervacuum vero duximus
platonis ingenio, terendum adiicere meditum
placuit. Quod rationabile videbatur.
At nos huiusque de moribus qui sunt ex
philosophia recipiendi, partem diximus
Ea propter in calce libri non ante in calce
studii puerum iuvenis ad moralem philo-
sophiam remittimus. Hic enim qui sit
habendus erga divinam maiestatem cultus
Quomodo parentibus. quomodo natu
grandioribus. quomodo peregrinis. ma-
gistratibus. militibus. amicis. uxoribus.
Civibus. hospitis. servis. intendum sit
certa ratione monstrabit. Hic te rex
inclite docebit Anaxiam contemnere
que perunie studium habet. quam teste
Salustio nemo sapiens contempsit unquam.
Admonebit in mulieres servare modestiam
Caros habere liberos. et propinquos. minime
sevire cum servis. Venerari seniores.
legibus obtempare. iniuriam ropeste
Contemnere voluptates. misereri oppressis
inopibus subvenire. Conferre dignis
prima. Jus suum unicuique tribuere. punire
nocentes. Et quod maximum est in prosperis
fortune successibus. te letitia non sinet
effundi. nec maiorem casibus tristitia
deprimi. viamque tibi ostendit qua tibi
recte iure possis. et subditis utiliter.